



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

90. Cæcus credit Iesvm esse filium Dei, eúm[m]q[ue] adorat.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

MEDITATIO LXXXIX.

*Cæcus ille tandem eicitur è
Synagoga.*

I. **R**espondit ille homo, & dixit eis: In hoc
Rem mirabile est, quia vos nescitis,
unde fit, & aperuit meos oculos. Scimus
autem, quia peccatores Deus non audit: sed
si quis Dei cultor est, & voluntatem ejus fa-
cit, hunc exaudit. A sæculo non est audi-
tum, quia quis aperuit oculos cæci nati. *Io-
an. 9. v. 30. 31. 32.*

II. Nisi esset hic à Deo, non poterat fa-
cere quidquam. *Ioan. 9. v. 33.*

III. Responderunt, & dixerunt ei: In
peccatis natus es totus, & tu doces nos? Et
ejecerunt eum foras. *Ioan. 9. v. 34.*

MEDITATIO XC.

*Cæcus credit IESVM esse filium Dei,
eumque adorat.*

I. **A**vidit Iesus, quia ejecerunt eum fo-
ras: & cum invenisset eum, dixit ei:
Tu credis in filium Dei? Respondit ille,
& dixit: Quis est, Domine, ut credam in
eum? *Ioan. 9. v. 35. 36.*

D 5

II. Et

II. Et dixit ei IESUS: Et vidisti eum, & qui loquitur tecum, ipse est. *Ioan. 9. & 37.*

III. At ille ait: Credo Domine. Et pro-
cidens adoravit eum. *Ioan. 9. & 38.*

MEDITATIO XCI.

*Christus occasione huius miraculi per-
stringit Phariseorum cecitatem.*

I. **E**T dixit IESUS: In iudicium ego in-
hunc mundum veni: ut, qui non vi-
dent, videant; & qui vident, cæci fiant.
Ioan. 9. & 39.

II. Et audierunt quidam ex Pharisæis,
qui cum ipso erant, & dixerunt ei: Numquid
& nos cæci sumus? *Ioan. 9. & 40.*

III. Dixit eis IESUS: Si cæci essetis, non
haberetis peccatum: nunc verò dicitis; Quia
idemus. Peccatum vestrum manet. *Ioan.
9. & 41.*

MEDITATIO XCII.

*Cæco mendico restituitur visus, ante-
quam Christus ingrederetur in
Iericho.*

I. **F**ACTUM est, cùm appropinquaret Ieri-
cho, cæcus quidam sedebat secus viam,
mendicans. Et cùm audiret turbam præter-
eua-